



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Eiusdem Palladij verax dictum de Hæresibus Capvt. LXXIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

Eiusdem Palladij verax dictum de Hæresibus

CAPVT. LXXIIII.

COrripiens nos aliquando senex ipse ita nobis dicebat: Credite mihi, filioli, nihil aliud schismata, & hæreses introduxit in sanctam Ecclesiam, nisi quod ¹ non Deum, & nos inuicem valde diligimus.

¹ Hæresium causa est, quod non Deum & nos inuicem valde diligimus.

Miraculum Domini erga vxorem, & filiam viri fidelis, qui hospitio suscipere monachos consueuerat.

CAPVT LXXV.

Idem Abbas Palladius cum alijs ad ipsum venissemus, tale quiddam enarrauit nobis. Erat (inquit) in Alexandria vir quidam fidelis, religiosus valde, & misericors, & hospitio suscipiens monachos. Habebat autem vxorem, & ipsam humilem valde, & ¹ ieiunantem quotidie. Erat autem illis & filiola quasi annorum sex. Quodam vero die vir ille pius profectus est Constantino-polim. Erat enim negociator. Relictis ergo domi vxore, & puella, & vno seruo, abiit vt nauigaret. Cum vero iret ad nauem, ait ad illum vxor: Cui nos commendatos relinquis, domine. Respondit vir eius: Dominae nostrae ² sanctae Dei genitrici. Die vero quadam cum sederet vxor, & operaretur, habens & puellam secum, seruus ille ex suggestione diabolica, voluit necare dominam, & eius filiam & diripere quidquid haberent, & fugere. Sumpto igitur ex coquina cultro perrexit in triclinium, vbi erant ambæ. Cū vero venisset antecianuā cōprehensus est cæcitate, ita vt neq; tri-